



Scott's  
In Lib. Serene  
Tom. IV.

BX1749

.P4

D8

1754-55

v.4

c.1

BX 1749  
.P4  
D-8  
1754-55  
V.4



VEN. P. ET DOCT.  
**JOAN. DUNS  
SCOTI,  
ORDINIS MINORUM**

Theologi eminentissimi,

*Atque Academiae Subtilium Antesignani,  
Quaestiones Quatuor Voluminum scripti Oxoniensis,  
super Sententias, & Quodlibeta.*

A. R. A. P. FR. ANTONIO BARROS

*Observantis Provinciae S. Jacobi Alumno, Lecti Sub-  
Archiepiscopi Compostellani Examinatore Synodali  
dictae Provinciae Ex-Ministro Provinciali, ac P.  
Digniore, & in Romana Curia Procuratore  
Generali Ordinis accurate recognita, & juxta  
emendatiorem, & exactiorem ex illis, quae  
hucusque prodierunt, hujus Operis  
editionem quinque voluminibus  
pro majori studentium  
commodo publicae luci,  
& utilitati data*

T O M U S I V.

In IV. Sententiarum.



ROMÆ M. DCC. LIV.  
Typis Angeli Rotilli.  
SUPERIORUM PERMISSO.

46449



BX 1749  
.P4  
D-8  
1754-55  
V.4



1080046600

JOANNIS DUNS  
SCOTI,

DOCTORIS SUBTILIS  
ORDINIS MINORUM,  
THEOLOGORUM OMNIUM PRINCIPIS,

*Super Quartum Sententiarum Quaestiones exactissime.*

DISTINCTIO PRIMA.

**S**AMARITANUS ille piissimus spoliatum videns hominem, & atrociter laucatum, misericordiam affecta compatens, medicinam attulit efficacem, qua curatis ipsius vulneribus, ac plena reddita sanitate, in sui principium, a quo descendens ab Hierusalem deviauerat, finaliter reducatur. De ista facili sanatione salubris ac devii reductione finali, tanquam de pedibus sedentis super solum excelsum, Magister in hoc opere finali determinat, ut sicut ex primo, & secundo claruit Deum esse *Alpha*, tam in se ens inter omnia primum, quam omnium aliorum originale principium: sic ex tertio, & quarto appareat ipsum esse & *Omega*, tam in se solum ultimum, quam creaturæ suæ per seipsum, in seipsum finaliter reductivum, hanc autem reductionem finalem præcedit curatio semiplena, & plena curatio conatur. Secundam hanc distinct. igitur potest dividi quartus iste, dicendo, quod magister primo agit de hominis faucii curatione salubri, secundo de hominis devii reductione finali. Curatur enim homo salubriter in susceptione devota Sacramentorum virtutum, & reducitur finaliter in perceptione jucunda præmiorum celestium. Sacramenta enim disponunt & præparant; præmia vero perficiunt, & consummant. Vel potest dici, quod primo agit de curatione semiplena, seu dispositiva, & secundo de curatione plena, seu peractiva: & utraque divisio redit in idem. Nam curatio semiplena fit per gratiam Sacramentorum, quæ sunt medicina salubres: plena curatio, seu finalis reductio fit per collationem præmiorum, quæ sunt jucunda refectiones. In prima igitur parte agit de sacramentis, per quæ curatur languidus a morbo culpa. In secunda de præmiis, per quæ liberatur a languore penæ. Et incipit secunda in principio distinct.